



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.  
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

**Contzen, Adam**

**Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI**

Quomodo Christus viuit propter Patrem?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

QVÆSTIO II.

An ex præcepto manducandi colligatur speciei vtriusq; usus, eiusq; necessitas?

§.1. Lutherani qui negant de Eucharistiâ agi, ideo non possunt eum locum ad suam hæresin detorquere. Calviniani negant veritatem, ideo non debent iactare speciem. Hussitarum, & Wicleffitarum illæ rationationes sunt.

Inter omnes convenit Christum totum sub utroque simbolo esse, & sumi. Hoc ne Calvinus quidem inficiatur: cum ait, sanguinem sub carne contineri, nostræ rudicatis causa distinctè exprimi. Quin ex ipse dicit in versu 53. Nec verò rectè Boh. mi quum hoc e. st. monia probarent. v. sum calicis promiscuum debere esse omnibus. Clara ratio. Caro sine sanguine non editur, sanguis sine carne non bibitur. Qui manducat carnem, viam manducat, & sanguine suo rorantem, qui bibit sanguinem in venis, & loculis suis carni in clusam bibit. Mandatum edendi & bibendi de symbolis non est datum, sed rebus veris. Si de fide & spiritali refectio agitur, non est aliud edere carnem, aliud bibere sanguinem, vtrumq; est enim credere, sperare, amare, gratiâ participem esse.

Calvi. negat hic vtrumq; speciem probari.

Bellarmin. l. 4. c. 25. Tres adfert solutiones. Prima est, præceptum de re ipsa, non de modo datum esse. Carnem, & sanguinem sumere iubentur, non seorsum singula, non sub hac aut illâ specie. Imò cæteræ sententiæ de solo pane mentionem faciunt. Altera est, particulam & disiunctivè accipiendam, quasi scriptum sit. *Kai èdèi un xwrti, & nisi biberitis*, quam etiam Suarez noster approbat.

De symbolis lex lata non est.

Tertia commune mandatum Ecclesiæ, non privatum singulis dati.

Prima solutio solidissima est. Non enim in pane corpus, in vino sanguinem, aut sub hisce speciebus sumi imperat: sed rem ipsam absolutè proponit, & sumptioni panis tribuit vitam æternam. Corporis ministerio vtraq; res semper accipitur, quia tamen sanguini tribui solet redemptio, hinc seorsum eius perceptio potus nomine signatur. Sanguis enim bibitur. Et tamen edi etiam dicitur, sicut lac esca vocatur. Irenæus, Cypri. August. edi sanguinem dicunt: tam enim *αἷμα τῆς ζωῆς*, quam *αἷμα τῆς ζωῆς* dicitur. Ita Tract. 27 in Ioan. Ut carnem & sanguinem Christi non edamus tantum in Sacramento. Sed ad spiritus participationem manducemus, & bibamus. Et Christus, una sententia effert: *Qui manducat me vivet propter me.*

VERSUS 58.

Sicut misit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem, & qui manducat me, & ipse vivet propter me?

QVÆSTIO I.

Quomodo Christus vivit propter Patrem?

§.1. Comparatio ob concisam orationem obscurior est. Hunc autem in modum exponenda est. Sicut Pater, qui me misit, vivit, & ego vivo propter Patrem: sic qui me manducat, qui vivo, & ille vivit propter me. Potest quidem particula *εἵ* ita applicari, ut æternam etiam filii generationem completur: nam filius per Patrem vivit, ex parte genitus, Pater, ut Pater principium est, nec defuere qui sic interpretentur, tum verò *εἵ* non Propter, sed Per significet.

Ff 2

ne-

Iustus enim est, & Spiritum sanctum habet, ut illi docent. Si igitur immotam in animis illorum sedem Spiritus sanctus posuit, si animos eosdem obligavit, certosq; reddidit, esse filios Dei, manere in Christo, & Christum in ipsis, nec villo peccato Spiritum sanctum expelli, quomodo possunt eos à Sacramentis, quæ nuda Symbola sunt, arcere? Digni signis sunt, qui rem possident, non possunt esse indigni tessera regis sui, qui perdere Christum iam amplius non possunt.

Quam autem alienum sit à sententiâ Calvinianâ quartus illos ad temporariam castigationem sibi manducare, vel hoc ipsum docet, quod pœnam temporalem, cum æternâ remissa est, nullam agnoscant, ne purgatorium cogantur admittere.

Augustinus & pios & impios unum accipere fateatur sacrificium lib. 5. c. 6. contra Epistolam Parmeniani. *Vnum atq; idem sacrificium proter nomen Domini, quod invocatur, & semper factum est, & tale cuiq; sit, quali corde ad accipiendum accesserit. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit.* Tom. 7. de Baptismo contra Donatistas. l. 5. c. 8.

Iudæ datam ait Pflto. *Sicut enim Iudæ, cui buccellam tradidit Dominus, non malum accipiendo sed malè accipiendo, locum in se Diabolo præbuit: sic indignè qui sç, sumens, Dominicum Sacramentum non efficit, ut qui a ipse malus est, malum sit, aut quis non ad salutem accipit, nihil acceperit. Corpus Domini & sanguis Domini n. hilominus erat etiam illis, quibus dicebat Apostolus. Qui manducat indignè iudicium sibi manducat & bibit.* Tom. 7. contra Donatistas. l. 5. c. 8.

Eadem eius sententia lib. 2. de Baptismo. contra Donatistas. Hieronymus in Agone mortis. Orig. Pf. 37. Cyprianus contra Iudæos lib. 3. Chrysost. hom. 6. ad populum Antioch. Basil. li. 1. T. 3. de Baptismo. Cyrill. l. 4. in Ioan. c. 1. Lanfrancus l. de Sacramento Eucharisti. Euthym. p. 2. tit. 21. vbi recenset sententiam Damasceni. Cassianus collat. 7. Leo ser. 4. quadrages. Eucherius in 2. reg. 6. Ambrosi. lib. 4. c. 4. de Sacramentis.

VERSUS 57.

Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.

QVÆSTIO I.

Quid est, manere in Christo?

§.1. Amicitiam intimam & consensum cum Christo indicat, quo fit ut fideles cum Christo quasi unum corpus efficiantur, & sint invicem membra. Beza in hunc locum ita notat. [Cæterum in vno codice vetusto, nimirum quiddam deprehendimus, nam post finem versiculi 57. *εν αυτω* adscripta hæcerant. *καθως εν εμοι ο πατηρ, καθως εν τω πατρι ο υιους λεγει υμιν. εδν μη λαβετε το σωμα ε ου ανδραπα, ος τον αερον της ζωης, να ζητετε ζων εν αυτω.*]

De fide codicis non est quod dicam Nullus interpretum, nullus Patrum eius lectionis meminit; corruptum ab Italis, maligna est suspicio, cum de verbis scripturæ non de sensu sit disputatio.

§.2. Nichil hinc ad stabiliendam solius fidei manducationem conficitur. Qui enim dignè manducant, & bibunt, non ad iudicium, illi sunt membra Christi, ceteri rebelles, & pecantes manducando.

Adami Conzen in Euang. Tom. II.

necesse est. Nos hic de naturâ humanâ intelligimus, sicut enim Christus qua homo æternam vitam habet propter Patrem, ita & nos propter Christum, mediatorem, & reconciliatorem. Ad causam enim efficientem non finalem pertinet. Viuit autem propter Christum, quicunq; viuit. Non est enim in villo alio salus, non modo non in figurâ, nec in phantasmate, sed ne in Angelis quidem Christus de cœlo descendit, quem falsi arguunt, qui de verâ carne & sanguine fieri mentionem negant. Itaq; Calviniani in edendo & bibendo tropum imaginantur, vt sit credere. Calvinus lib. 4. institut. c. 17. §. 5. Sed iam ante ostendi id falsum esse. Christus enim non exigit à turbâ, vt quisque se prædestinatum credat, potius indicat, eos non prædestinatos. Cur si illam fidem requirebat. Non vno verbo dixit, credite vos sanctos, electos, iustos? Quis vnquam sic interpretatus est?

## VERSUS 61. 62. 63.

*Multi ergo audientes, ex discipulis eius dixerunt: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire. Sciens autem Iesus, apud semetipsum, quia murmurarent de hoc discipuli eius, dixit eis: Hoc vos scandalizat? si ergo videritis Filium hominis ascendentem, vbi erat prius.*

## QVÆSTIO I.

Cur scandalizati sunt?

§. 1. **D**urus est, inquit, hic sermo, *σκληρὸς*, asper, & qui contristet, & laxi instar lædat. Creophagian enim & barbariem in mores inducere videbatur, cæterisq; dictis Christi fidem detrahere. Capernaïta murmurantes viuis coloribus nobis Calvinistas depingunt, dum omnia ingenio suo æstimant, nec quærunt, vt instruantur, sed calumniantur, & recedunt. Recedunt, nec molesti sunt, at nostri ita ab vnitare recedunt, vt suis imaginationib; fascinati credentibus insultent, & ruinæ locios quærant.

§. 2. Scandalo Iudæorum offensi sunt, & hæreticinos fratres. Ideo illos errasse fingunt, quod de verâ carnis manducatione intellexerint.

At contrarium responsio Christi conuincit. Non enim ita discipulos abituros neglexit, vt si figuratè locutus fuisset, non vno verbo eos retinuisset. Illi de laniatione ergo, qualis in macello est, interpretati sunt. Nam Christus, vt Chrysostomus admonet, non modo se posse illis carnem suam dare ad manducandum, verum etiam in cœlum ascendere assueerat, quod maximum erat, conspectissimumq; miraculum. Virumq; quidem summæ opus omnipotentia, ascensio tamen plus dignitatis habet. Quod si tantummodo symbola carnis & sanguinis daturus erat, periret vis comparationis, figuram enim & mæmos non dare poterat, etiam si in cœlum non ascenderet. Maius autem scandalum futurum erat, si post ascensionem corpus edendum præberet. Non debet, inquit, hoc vos scandalizare, quod me vobis in cibum polliceat, non est hoc mihi difficile. Nam in cœlum ascendam: quod maius est. Quid autem facturi essent, si viderent ascendentem, subicit; elli-

psin duobus modis suppleat. Si videritis ascendentem, scandalizari desineretis. Nam diuinæ potentia indubitatum signum cerneretis. Ita Chrysostomus, Augustinus, Euthymius. Alii: magis scandalizaremini: nempe præstigijs esse arbitrari: solet autem Christus cum faciliora, tanquam falsa repudiari cernit, maiora, & creditu difficiliora proponere. Mihi videtur, nihil certi posuisse: quia diuersâ diuersi dicturi erant, & facturi. Omnes admiraturi erant maiestatem ascendentis in cœlum. Alii eura adoraturi, omniaq; credituri, alii in perfidiâ permansuri. Quomodo ibi fuerit, & quomodo ascenderit, doctè exponit Cyrillus Alexan. homil. 8. de festis Paschali-bus. Erat prius ibi secundum diuinitatem, mansit & ibi cum descendisset: ascendit secundum humanitatem.

§. 3. Caro in cœlum ascendit, quid mirum si vos alar & sustentet, non laniatione & consumptione suæ substantiæ, sed cœlesti virtute? Mirabile alimentum viuo corpore pasci, & viuere, sed mirabilis corpus humanum in cœlum contendere. Athenanius de incarnatione vnitatem personæ hoc ex loco probat.

Vnde ex cœlo descendit (vt ipse inquit) qui immaculatam iustitiam ex se daturus erat, idq; expressis verbis, Nemo ascendit in cœlum (inquit) nisi Filius hominis, qui de cœlo descendit. Idemq; rursum alijs verbis, Si videritis filium hominis ed ascendentem, vbi prius erat. Et, Ego sum panis, qui de cœlo descendit, viuus (inquam) ille qui vis em dat mundo, ille præ ista nos docens suam ipsius deitatem, non tamen demolens id, quod ratione carnis assumpserat, sed se cum carne coniuns, quippe qui secundum Paulum, in similitudine hominum fuit, & forma inuentus est, vt homo. Homo vero vna persona, & vnum animal est ex spiritu & carne, ad cuius similitudinem intelligendum est, Christum vnam, non duas personas esse, quod nunc incredulitas manifestè violat, desinita amplitudine diuina gratia & in gentiliū scandala prolapsa.

## VERSUS 64.

*Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquam, verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt.*

## QVÆSTIO I.

Quomodo caro non prodest quicquam?

§. 1. **N**vlli magis nota est domus sua quam sacramentariis ista oratio. Spiritus est, qui viuificat, caro non potest quicquam. Hanc, inquit Oecolampadius, murum aheneum, & Angelum à Deo contra nos armatum. Heluetii in confessione extremâ de cenâ, illa super omnia sequi se profitentur. Vt Sanctus repetit. 6. cap. 6. Non est autem noua horum verborum corruptio, carnis resurrectionem, apud Tertullianum, de resurrectione carnis, destruere hæretici molebantur, quod Dominus dixerit: caro non potest quicquam, Si non potest quicquam, cur reuiuificet? Calviniani plerique interpretantur: carnem Domini manducatum, nihil prodesse, spiritum viuificare. Ita Bucerus in cap. 6. Ioan. ante docuerat, carnem nostram nihil prodesse, & hunc esse sensum. Hoc loco sua docuit, & priora scripta retractat, Zuinglium, Oecolampadius cum Lutherum conciliare conatur, quo nihil infert, magis est ridiculum. Magis enim quam aqua, & ignis inter se pugnant.

Quid autem turpius est illis ipsis se factam antestignis, quam in tam dirâ dissensione, damnatione, Roberti se mutuo non intellexisse? Quid porro stulti, quam velle